

Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 192. Datur Confessio valida & informis, etsi non detur Pœnitentiæ
Sacramentum validum & informe. Qua in re paradoxa Neoterici cujusdam
opinio confutatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

improbabilem esse constat, ex eo quod Innocentius XI. damnaverit hanc propositionem 59. *Licet sacramentaliter absolvere dimidiatè tantum confessos, ratione magni concursus penitentium, qualis v. g. potest contingere in die magna aliquus servitatis, aut indulgentiae.*

²³⁵⁶ Sexum casum plerique etiam Veteres posse runt, dum penitentia habet casus reservatos. Cenfuerunt enim posse inferiori Sacerdoti declarare solos casus non reservatos, ab illo absolviri, cum onere recurrenti ad superiorum pro casibus reservatis. Vel etiam posse superiori primum confiteri solos casus reservatos, ab iisque solis ab ipso absolviri, & ad inferiorem pro confessione, absolutioneque non reservatorum remitti.

²³⁵⁷ Verum hanc opinionem jam merito Doctores communiter rejiciunt. Quia in posteriori casu nulla magis est in superiori potestas, etiam praetextu ordinariarum occupationum, absolvendi dimidiatè tantum confessos; quam in casu magis concursus, de quo proxime. Ille priore verò casu nulla est in inferiori potestas absolvendi, etiam à non reservatis, propter eorum conjunctionem cum reservatis, & impotentiam absolvendi unum sive alio. Cum enim extra articulam mortis, *Sacerdotes inferiores nihil possint in casibus reservatis,* prout Tridentinum habet l. 14. c. 7. consequenter nihil possint in non reservatis, propter eorum concomitantiam cum reservatis. Si enim à non reservatis tunc absolvere possint, possent aliquid in reservatis, sine quorum absolutione, neque enim à non reservatis absolvere.

C A P U T C X C I I .

Datur Confessio valida & informis, et si non datur Penitentia Sacramentum validum & informe. Quia in re paradoxo Neoterici cuiusdam opinio confundatur.

²³⁵⁸ **S**acramentum Penitentiae dicitur à Theologis validum & informe, quando haber omnes partes suas essentiales, seu necessarias ad valorem; & tamen, propter indispositionem subjecti, non confert gratia effectum. Alterius ergo non dari Sacramentum Penitentiae validum & informe. Quia ea quæ ex Christi institutione necessaria sunt ad valorem ipsius, sive dispositio sufficiens ad effectum gratie consequendum (in quo Sacramentum hoc ab aliis Sacramentis differt, de quorum valore, seu effentiâ, non est dispositio sufficiens ad effectum ipsorum) neque enim aliud dolor v. g. requiritur ad effectum Sacramenti Penitentiae, quam qui requiritur ad valorem ipsius, ut nec alia Confessio, ut patet ex Tridentino, à quo l. 14. c. 3. non aliud requiritur dolor ad peccatorum remissionem, quam qui requiritur ad valorem tamquam materia & pars ipsius: *Sunt inquit quasi materiam hujus Sacramenti penitentis actus, nempe contritus, confessio & satisfactio.* Qui quatenus in penitente ad integratem (id est integrum constitutionem) Sacramentum, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem, ex Dei infinitione requirantur, hanc ratione partes penitentiae dicuntur. Ecce illi ipsi actus, qui ex Dei, seu Christi infinitione, requirantur ad integrum constitutionem hujus Sacramenti, scilicet Tridentino, etiam requirantur ad effectum ipsius, sive ad plenam perfectamque peccatorum remissionem. Unde can. 4. *Siquis negarerit ad integrum & perfectam peccatorum remissionem require tres actus in penitente, quasi materiam Sacramenti Penitentiae... anabema sit.*

Nec ullibi Tridentinum amplius requirit in dispositione sufficiente ad effectum, quam requirat in dispositione sufficiente ad hujus Sacramenti

constitutionem. Nec l. 6. c. 14. aliam ponit differentiam inter penitentiam requisitam ad remissionem peccatorum per baptismum, & penitentiam requisitam ad remissionem peccatorum per Penitentia Sacramentum, nisi in eo, quod posteriori adjungi debeat confessio & satisfactio, non priori. Hoc est enim quod sibi vult, cum dicit: *Christiani hominis penitentiam post baptismum multo aliam esse à baptismali, eaque continet non modo confessionem à peccatis, & eorum detractionem, aut cor contritum, & humiliatum, verum etiam eorumdem sacramentalem confessionem, &c.* Ecce ex parte contritionis non ponit differentiam, sed solum ex parte confessionis, &c. Quæ tam requiritur ad constitutionem, quam ad effectum Sacramenti Penitentiae.

Unde etiam l. 14. c. 4. postquam definitiv²³⁵⁹ contritionem in genere (quam c. 3. dicerat esse partem hujus Sacramenti) *contritus ei animi dolor, &c.* eam deinde dividit in perfectam, quæ peccator Deo reconciliatur priusquam hoc Sacramentum actu suscipiat; & imperfectam, quam dicit disponere ad Dei gratiam in hoc Sacramento impetrandam. Eadem igitur contrito (secundum Tridentinum) disponit ad gratiam in Sacramento impetrandam, quam proxime definitiv²³⁶⁰, quæque per modum partis constitutum Sacramentum. Nec ullus est Scriptura, Conciliorum, vel Patrum locus, qui aliam conditionem exigat ad gratia effectum in hoc Sacramento impetrandum, quam quæ exigitur ad hoc Sacramentum constitutendum. Et id m^{erito} est de confessione. Nullum est igitur fundamentum aliquid amplius requiri ad effectum, quam ad valorem hujus Sacramenti. Unde cum amplius aliquid sine fundamento exigi nequeat, verum maest, quod eadem contritus & confessio, que sufficit ad hujus Sacramenti constitutionem, sufficit ad gratiam in hoc Sacramento impetrandam. Neque ergo ex parte doloris, neque ex parte confessionis datur Sacramentum Penitentiae validum & informe.

Et quomodo daretur, cum forma hujus Sacramenti, absolvio utique, fore falsa, adeoque irrita & invalida, si non præstaret, quod expresse significat, remissionem utique peccatorum, que fit per gratiam, seu gratia infusione? Et in hoc aliud claret differendum (præter n. 2358. alatum) inter hoc & alia Sacramenta. Neque enim alia Sacramenta expresse significant actualum peccatorum remissionem per gratia infusione, sicut forma Sacramenti Penitentiae; sed vel applicationem materia, ut in Baptismo & Confirmacione: ego te baptizo: signo te signo crucis, & confirmo te christi misericordia; vel effectum à gratia separabilem, ut in Ordine, potestem ministrandi, vel sacrificium offerendi, vel à peccatis absolvendi; vel vinculum conjugale, ut in Matrimonio: vel venie deprecationem, ut in extrema Unctione: per istam sanctam undicinem partem tibi Deus, &c. Reliquorum proinde Sacramentorum forma non falsificetur ex hoc quod gratiam illuc non conferant. Falsificetur autem forma Sacramenti Penitentiae: ab solo te à peccatis tuis, sive remitto tibi peccata tua, nisi per Sacramentum hoc, statim siquie perfidum est, peccata de presenti remittentur, adeoque gratia præstetur. Cum forma ipsius significet remissionem de presenti. Ut rigiter Sacramenti Penitentiae forma sit vera, de presenti operari debet quod expresse significat, remissionem utique peccatorum, confessionemque ad hoc sufficientem.

Et ita est S. Thomas sententia (quidquid aliqui dixerint) utpote qui in 4. dist. 23. q. 1. a. 4. quebunc. 2. loquens de Extrema Unctione: *bi* (inquit) *Sacramentum non habet aliqua effectus,* qui semper ex operatione Ministerij consequuntur;

omnibus que sunt de essentia Sacramenti ritus per-
et; sicut character semper ex operatione Ministri
consequitur in baptismate & confirmatione, & trap-
substantiatione in Eucharistia, & remissio peccati in
poenitentia, existente contritione, que est de essentia
Sacramenti Poenitentiae. Quibus profecto verbis
S. Doctor perspicue docet, Poenitentia Sacra-
mentum semper ex operatione Ministri operari re-
missionem peccatorum, existente contritione,
qua est de essentia ipsius. Subtille, existente
etiam confessione, qua pariter est de essentia;
existente (inquit) confessione taliter integrâ,
ut homo omnia peccata confiteatur, qua in me-
moria habet. Quod ibidem dist. 17. q. 3. a. 4. quæ-
dane. 2. dicit essentialem requisitum ad validam
confessionem: de necessitate confessionis est, quod
homo omnia peccata confiteatur, qua in memori-
habet (nisi utique adficer cauta aliqua legitime
excusans) quod si non facit, non est confessio, sed
confessionis simulatio. Neque ergo ex parte contri-
tionis, neque ex parte confessionis S. Doctor ad-
mitit Sacramentum Poenitentiae validum & in-
forme.

¹³⁶² Non difficitur tamen à S. Doctore Confessio-
nen validam & informem admitti cùdem distincte.
17. q. 3. a. 4. quædane. 1. ubi confessio, secundum
quod est pars Sacramenti, potest esse in eo qui non
est contritus. Quia potest peccata sua pandere Sa-
cerdoti, & clavis Ecclesie subiecere. Et quam-
vis tunc non percipiat absolutionis fructum; tamen
recedente fictione percipere incipit, sicut etiam est
in aliis Sacramentis. Unde non tenetur iterare con-
fessionem, qui felix accedit, sed nevenus postmodum
fictionem illam confiteri.

¹³⁶³ Verum si autem est confessio valida & informis,
aliquid Sacramentum validum & informe. Admit-
tit quidem ibi S. Doctor partem unam Sacra-
menti Poenitentiae validam & informem, scilicet
Confessionem, sed non Sacramentum validum
& informe: inquit non admittit contritionem vali-
dam & informem, uti constat ex verbis ipsius num-
ero precedente relatis. At verò non admitten-
do contritionem validam & informem, admittet
tacitè neque Sacramentum validum & informe.
Nec loco citato querit S. Doctor, utrum datur
Sacramentum validum & informe, sed utrum
confessio possit esse informis, eoque respiciunt que-
cumque ibi obicit, & quæcumque ad objecta
repondet.

¹³⁶⁴ Porro tunc confessionem admittimus validam
& informem, quando quis, in ordine ad abfoli-
tionem, confiteatur omnia mortalia, qua sibi
potest debitus examen occurrit, & confiteatur
cum decida sufficiens contritionis, bona fide
putans sufficiensem. Tunc enim confessio (tam-
en informis) invalida non est (cum nihil ei de-
bet requisitum ad valorem confessionis: contrito-
namque re ipsa sufficiens, ad fructum confessionis
requirit, non ad valorem) nec proinde apud
cundam Confessarium repetenda; sed ei solum
notificanda fictio, seu defectus contritionis (post-
quam innoverit) ut absolutionem ipse reperat.
Et hoc est solum quod S. Doctor intendit n. 2302.
citedo.

¹³⁶⁵ Neque enim dici potest cum Carolo nostro ab
Assumptione in Pentalogio suo Diaphorico pag.
16. & in Elucidatione ultis absolutionis c. 15. S.
Doctorem ibi loqui de confessione scienter & vo-
luntarie facta cum defectu doloris, atque adeo
formaliter sacrilega. Quasi talis confessio non for-
met heranda, taliterque confessus, eti tunc non
consequetur absolutionis fructum, potest exci-
tando cordis contritionem, peccatumque fictio-
nis, id est sacrilega confessionis, confitendo, pre-
cedentis recipere absolutionis effectum, prout ipse
enset, tribuitque S. Doctori.

Tom. III.

Enimvero sine iuria S. Doctoris tam absone 2364
opinio ipsi tribui non potest, qui tantum tribuere
solet communis Ecclesie sensu, opinioni illi dia-
metraliter aduersanti, non solum in eo quod dicit,
talium confessionem, nisi scienter & voluntarie fa-
ctilegam, esse validam; sed & in eo quod addit,
non obstante illi sacrificio, validam esse absolu-
tionem, cuius fructum licet taliter confessus tunc
non recipiat, potest recipere, si postea conteratur,
& peccatum voluntariae fictiois, seu sacrificii
confiteatur.

Nam quod confessio taliter facta, secundum 2362
communem Ecclesie sensum, non sit valida, in-
de confitetur, quod si valida foret, per eam pec-
cator satisficeret confessionis præcepto, sicut per
validam, licet sacrificium suscepionem baptismi,
satisficeret præcepto suscipiendo baptismum. Per eam
vero, secundum communem Ecclesie sensum,
non magis satisficeret confessionis, quam per sacrificium communionem satisficeret præcepto
communionis. Cui non satisficeri confitetur ex dam-
nata per Innocentium XI. propositione 55. Sed &
hanc propositionem Alexander VII. damnavit:
qui facit confessionem voluntariæ nullam, sa-
tisfacit præcepto Ecclesie.

Enimvero opinio, dicens per sacrificium con- 2363
fessionem satisficeri confessionis præcepto, siue
ad eum aduersari communis fidelium sensu, ut eam
tolerabilem non esse, prius & docti judicent. Nec
mirum: neque enim credibile est, à Christo ratam
validamque haberi confessionem, quæ peccator no-
vam gravissimam injuriam Deo infert, Sacra-
mento sacrificij abutendo ad novum peccatum;
tuncque exigendo absolutionem, cum novo se li-
gamine illaqueando, se reddit absolutionis incapaci-
tem; denique mendacem (quantum in fe est) fa-
ciendo veritatem, cum ejusdem veritatis nomine
absolutionem postular, cuius incapax est & in-
dignus.

Quod etiam valida esse nequeat absolutio ejus, 2364
qui confessus est cum sacrificio voluntario, de-
monstratur: quia hoc audire pia aores non mi-
nus exhorreficunt, quam validam esse posse ab-
solutionem ejus, qui confessus est cum voluntate
actu inherentie peccatis omnibus, qua peccator
confiteretur, tamet' voluntatem illam non confite-
tur.

Quod licet sit horribile dictu, admittit tamen 2365
leuidatus Author, dum in sua illa Elucidatione va-
lidam confiteri confessionem, ac per consequens ab-
solutionem ejus, qui solum confiterit mortalia
qua in conscientia poenitentis sunt per sui memori-
am; licet non confiteatur ea qua in ea sunt per
sui presentiam, id est qua actu commisit, dum
confiterit. Quod si verum esset, sequeretur, cum
qui tota vita confessus esset, cum actuali voluntate
inherentie peccatis ante commisit, quaque-
dum confiteritur, in conscientia ipsius sunt per sui
memoriam, tamet' omittat actum voluntate
illam, qua in conscientia ipsius (ut ipse loquitur)
solum est per sui presentiam; sequeretur (in-
quam) eo non obstante toties quoties validè ab-
solvi, omniumque absolutionum illarum fructum
recipere in fine vite, si tunc omnia illa sacrificia,
cum peccatis ab ultima confessione commisisti,
& vero dolore confiteretur. Quis audivit horribili-
ta talia hodie? horrescit hoc communis fidelium,
ipsius etiam Ecclesie sensus: quia communis est,
semperque fuit fidelium omnium sensus, ipsius
etiam Ecclesie, quod invalida sit absolutionis ejus,
qui volens & sciens sacrificio confessus est sine
ullo dolore: quoniam magis cum voluntate actu in-
herentie mortalibus peccatis. Nec hic argui potest
à Baptismo ad Poenitentia Sacramentum, prout
ex Superioribus patet, ipseque Carolus admittit,
cum nobiscum fatetur, Poenitentia Sacramentum

Bbb 2

Causa invalida, ad eoque iteranda Confessio. Et qualiter tunc iteranda sit.

564
eis non posse validum & informe, licet secus sit de Baptismo.

2371 Quoddque ex sensu Ecclesie invalida sit absolu-
tio eius, qui sciens & volens confessus est sine do-
lore, & multo magis cum voluntate acta ini-
rente peccatis, constat ex Tridentino fess. 14. c. 6.
ubi sic: *non debet penitentis adeo stbi de sua ipsius
fide abrandiri, ut, etiam si nulla adiit contrito, aut
Sacerdoti animus serio agendi & vere absolvendi
debet, putet tamen se... vere & coram Deo abfor-
latum.* Tam ergo (secundum Tridentinum) in-
valida est absolute non contriti, quam absolutio
fine animo serio & vere absolvendi.

2372 Doctrinamque laudans Authoris, n. 2365 enar-
ratam, quod utique fine ullo dolore, atque adeo
sacrilegè, sciens & volens confessus, cum talique
confessione absolutus, licet tunc non recipiat ab-
solutione fructum, postea recipiet, si postea con-
seratur, sacrilegiumque confiteatur, in Ecclesia ha-
cētēnus inauditam fuisse, pater 1°. quia hacē-
tēnus in Ecclesia auditum non fuit, quod Sacra-
mentorum forma materiam procedere possit, v.
g. forma Baptismi ablutionem, forma Confir-
mationis unctionem, &c. Dolor verò, seu con-
trito, secundum Tridentinum, materia est, seu
pars materialis Sacramenti Penitentia.

2373 Secundò, quia in Ecclesia inauditum est, quod
confessio formaliter non integræ, possit esse va-
lida (cujus oppositum tradit S. Thomas in 4. dist.
17. q. 3. a. 4. q. 2. dicens: quod confessio, forma-
liter non integræ, non est confessio, sed confessio-
nis simulatio). Oppositum etiam cum S. Thoma
tradicte Catechismus Romanus, tradunt & Ritualia
omnia, Doctoresque omnes. Atqui formaliter
integra non est confessio illus, qui cum defectu
doloris, adeoque cum sacrilegio, sciens & volens
confiteatur: nec sacrilegium itud confiteatur, quo
profecto non absolveretur. Non est (inquam) con-
fessio formaliter integræ, magis quam confessio il-
lus qui confiteatur cum voluntate acta inherente
peccatis quo confiteatur, nec istam confiteatur in-
haesione. Ut enim confessio moraliter sit integræ,
debet esse omnium mortalium, qua sunt in con-
scientia, five per sui memoriam, five per sui pra-
sentiam; speculatioque illa Carolina, quod con-
fiteantur sicut in conscientia sunt per sui memo-
riam, non qua in conscientia sunt per sui praes-
entiam, five que acta committit, dum confiteatur,
mera est cavillatio, & ipsa hacētēnus inaudita. Cum
Tridentinum fess. 14. c. 5. declaret oportere à pa-
nitentibus omnia peccata mortalia, quorum, posse
diligenter fui dicussionem, conscientiam habent,
in confessione recenseri, non distinguendo utrum
eorum conscientiam habent per sui memoriam,
an per sui presentiam. Denique ridiculum pro-
fusque inauditum est assertere, voluntariam omni-
tionem mortalium, qua in conscientia sunt per
sui memoriam, obesse valori confessionis; secus
voluntariam omissionem eorum qua in conscientia
sunt per sui presentiam.

2374 Tertiò, quia inauditum hacētēnus fuit in Eccle-
sia, quod peccatorum mortalium unum sine alio
valide absolvit. Hoc autem laudatus Au-
thor afficit, & S. Doctori adscribit. Afficit enim,
& S. Thomæ adscribit, quod valida sit absolute
ejus qui non confiteatur voluntarium defictum
doloris, seu sacrilegium, cum quo sciens & vo-
lens confiteatur. Manifestum est autem, defictum
istum, seu sacrilegium, non confessum, valide
non absolvit (etiam indirecte) nec posse absolvit,
pro tempore quo actu committitur. Eo tamen
non obstante, afficit cetera mortalia confessa val-
idè absolvit. Idque S. Doctori adscribit. Absit
verò à nobis, quod tam patentes errores sancto
Doctori adscribamus.

A Sertio prima: quoties confessio mortalium, legitime non confessorum, invalida fuit, ite-
randa est, five defectus valoris culpabilis fuerit,
five inculpabilis. Et five defectus se tenet ex
parte penitentis (v. g. ob voluntarium defictum
doloris, voluntariamque reticentiam aliquas pec-
cati necessarii confundi) five ex parte Confes-
sarii, ut quia non habuit jurisdictionem, vel nullum
peccatum intellexit ob surditatem, somnum,
distractiō, &c.

Atque ex parte quidem penitentis confessio ite-
randa est, 1°. quoties sciens & volens, abque
causa legitimè, reticuit in confessione peccatum
mortale, legitimè non confessum, five quadam spe-
ciam, five quadam numerum, five quadam aliquam
circumstantiam debitam. Nisi ob simplicitatem
magnum, vel inculpatam stupiditatem, abquo
notabilis culpa sua ignoraverit talen vel talem
circumstantiam esse necessarii confundiam; vel ex
conscientia erronea (errore inculpabilis) vel fal-
sitatem notabiliter non culpabilis bona fide credide-
rit non confundam. Ita Doctores psalm.

2°. quoties notabilem negligientiam commi-
fit in discussienda conscientia sua, nisi defectum
istam superlevert charitas & patientia Confessa-
rii. Ita Catechismus Romanus.

3°. quoties nullus extitit dolor de peccatis, aut
propotius emendationis. Vel certè dolor,
aut propotius non fuit ex toto corde. Sed ex
sempliencia & lenitatem voluntate, aut ex velleti-
tate potius quam scia efficaciam voluntate. Uti
ex autem etsi plerisque contingit in confundendi
nisi; in facili & citò recidivis; atque in pecca-
toribus existentibus in proxima occasione, quam
sub praetextibus insufficientibus solent defere. Uti enim
confessio iteranda est, cum integritas
ipsi defuit ex gravi culpa confitentia & dum ex
cadem culpa debitus dolor ipsi defuit.

A Sertio secunda: si Confessio invalida apud a. 2371
lum Confessorium iteratur, omnia mortalia fe-
cundum numerum, species & circumstantias de-
bitas, repetenda sunt. Cum prior Confessio nulla
fuerit, & in ordine ad diversum Confessorium per-
inde se habeat, ac si facta non fuisset.

At si Confessio iteratur apud cumdem Confes-
sarium, adhuc memorem peccatorum sibi confes-
torum (licet invalidè) necesse non est omnia dilig-
ite repetrere, sed sufficit generaliter hoc modo:
*accuso me de omnibus peccatis, qua tibi invalidè
confessus sum, & insuper de sacrilegio in illa Con-
fessione commissi* (si scienter, vel ex negligentia gra-
vieri culpabi, seu illa gravi culpa, illud commi-
ssit) addendo tamen distinctè peccata omnia, si
qua tunc omiserit. Ita Doctores communiter.

Pro coronide sciat Confessorius, ex plurimorū
sistentia fieri posse, quod aliqua Confessio inva-
lida fuerit (defectu integratatis vel dolens) non
tamen confessions omnes sequentes, in quibus ille defectus manifestatus non fuit, invalidè
fuerunt. Cum fieri possit, ut omisso ita in Con-
fessionibus sequentibus contingit ex obliuione, vel
inadvertentiā hīc & nunc non culpabilis, salem
graviter. Quo catu necesse non erit repetrere con-
fessiones omnes intermedias, sed illam solam
præcedentem invalidam, modo dicto. Ita Car-
inalis de Lugo hīc n. 599.